UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK WUPPERTAL

BERGISCHE UNIVERSITÄT WUPPERTAL

Universitätsbibliothek Wuppertal

C. Cornelii Taciti Opera Qvæ Exstant

Tacitus, Cornelius

Antverpiae, 1668

Ad librum primum

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-1742

Visual Library

VARIANTES LECTIONES IN VELLEIO.

TYPOGRAPHVS LECTORI S.

EN tibi, beniuole Lector, Notas aliquot in C. Velleium, partim ab Aldo & Scegkio annotatas; partim ex docentis LIPSII ore exceptas: quas ille aut ab alijs animaduerſas, aut rei leuioris, in Animaduerſionibus ſuis non ponendas duxit. Eas mihi adiungere hoc tempore viſum fuit, tum quia Textum Aldi expreſſimus parum vbique correctum, tum vt quiſque iudicio ſuo vti poſſit in eligendo. Tuum eſt interim noſtram vtilitati veſtræ ſtudendi voluntatem benè interpretari.

VARIANTES LECTIONES

AD LIBRVM PRIMVM.

PAGINA 9. Cum ſociâ conſiliorum omnium ſorore Electrâ.] *Vocula* cum *abeſt à Lib. vet. Legendum igitur cenſebat Lipſius*, conſcia.

Pactæ eius.] *Non vt Aldus*, pactæ ei. Pacta *enim* eius, *eo modo hîc dicitur, quo* ſponſa eius. *Nonium vide.*

PAG. 10. Penthelus & Tiſamenus.] *Scrib. cum Græcis*, Penthilus.

PAG. 11. Quod cùm alij faciant, Tragici frequentiſſimè faciunt.] *Delendum illud alterum* faciunt, *tamquam additicium.*

Paullo antè Haletes.] *Adrianus Iunius Animaduerſorum lib. 6. cap. 25.* Aletes *ſine aſpiratione ſcribendum docet.*

Orti, vt prædiximus, Atticis.] *Ante lineas aliquot dixit. Itaque vix dubium quin hîc gloſſema ſit illud*, vt prædiximus. *Quæ voces ſæpiſſimè toto hoc opere reperiuntur, & ob id meritiſſimò Lipſio ſunt ſuſpectæ.*

PAG. 12. Magna vis Græcæ iuuentutis.] *Rhenan.* Græciæ iuuentutis. *quod probat Scegkius.*

Pharum.] *Lipſius*, Parum.

PAG. 13. Quod ſæpè illud vſurpat.......... hoc enim.] *Lacunam hanc ſuppleuit Fuluius Vrſinus hemiſtichio illo, quod ter in Iliade vſurpat Homerus:* Οἷοι νῦν βροτοί εἰσι.

Mollitiis florentem.] *Editio Rhenani* fluentem *eleganter.*

Pharnaces Medus.] *Emendandum ex Strabone, Athenæo & Oroſio*, Aruaces, *cenſet Lipſius.* Arbaces *Iuſtino nominatur. quo modo hîc legendum opinantur Fabricius & Bongarſius.*

Ante annos. v. & LX.] *Diſſentit à Liuio, Virgilio & alijs, qui Carthaginem ante Æneæ aduentum in Italiam, conditam tradiderunt: idq́ue, vt Aldus opinatur, verius.*

PAG. 14. Caranus.] *Rhenanus* Toranus: *contra hiſtoriæ fidem. Scegkius.*

Æmilius Sura.] *Petrus Delbenius exiſtimat hæc annotata eſſe è diligenti lectore, & hinc in textum irrepſiſſe, ad hæc verba*, Inter hoc. *Lipſius addit amplius, attextum eſſe vſque ad verba*, Huius temporis. *Quia non faciunt ad contextum aut ſeriem Velleianam.*

PAG. 15. Ad exercitandam corporis animiq́ue virtutem.] *Vetus editio:* Ad excitandam.

PAG. 16. Anni ſunt DCCLXXXII.] *Rhenani editio*, DCCCCLXXXI. *Corruptè.*

ANNIS CDXXXVII.] *Scegkius malit* CDXXXII.

Quamquam, iam Aſylo facto.] *Planiùs commodiusq́ue Aldus*, quàm, iam Aſylo facto.

In ſocietatem ſuam perduceret.] *Lipſius ſcrib. cenſet*, perduxerit.

In eâ mortem obierat.] *Albertus Burrerius notat in ms. eſſe:* in eâ morte obierat. *Hinc Scegkius:* In eo marte obierat.

PAG. 17. Ærario contulerit.] *Lipſius malit*, intulerit.

Olympicum inchoauit.] *Melior lectio* Olympicum. *Quam probat Frid. Sylburgius. Vel vt alij*, Olympium.

Tum regem Syriæ.] *Leg.* Rex. *ex Iuſtin. libro 34. & Liuio lib. 45. Quod & Aldus vidit, & Scegkius edidit.*

Alterum ex iis quos in familiâ retinuerat.] *Aldus legi vult* ex duobus: *quaſi ex* II. *factum ſit*, iis. *Quod & Sylburgio placet.*

PAG. 18. Cùm pars magna.] *Ald.* cuius pars magna.

Tracta erat.] *Idem* fracta.

Ita eodem tempore P. Scipio.] *Duæ hæ voces* eodem tempore, *à gloſſemate ſunt; itaque delendæ.*

Aut dixit, ac ſenſit.] *Aldus legit*, aut ſenſit.

PAG. 19. ANNIS DCLXVII.] *Abit à ſe Velleius, ſi ſcriptura ſincera. ſuprà enim monuit Carthaginem* LXV. *annis ante Vrbem, conditam. Igitur exactiùs conſtaret cum Eutropio, qui* DCLXX. *annos exprimit. Scegkius.*

M. Manlio Cos.] *Car. Sigonius & Aldus* M'.

Nam militarium & cauſſæ & auctores.] *Vet. lib.* cauſſa.

PAG. 20. Sutrium deducta colonia eſt.] *Car. Sigonius dubitat an è Liuio ſcrib. hîc* Satricum.

Et poſt annum Setina.] *Melius* Setia, *cum Aldo.*

Tarracinam deducta colonia.] *Scrib. cum Lipſio* Tarracina.

At quinctùm Fabio, Q. Decio Mure quartùm Cos.] *Lipſ.* at Q. Fabio v. *id eſt* quintùm. *&* Decio Mure, *non* Q. Decio M. *quoniam prænomen ei* Pub. *fuit. Rhenan. edidit:* Ad quinctum Fabioque Decio Mure. *Vnde conijcit Burrerius:* At quinctum Fabio, Q. Decio Mure. *Quem benè reprehendit Scegkius*

Ante annos fermè CCCXX.] *Verior ſupputatio* CCCXIIX. *& paullò pòſt pro* Coſſam *malim* Coſam.

Abhinc annos fermè CCC.] *Iure hic illud* fermè *repetit, cùm deſint tres anni ad iuſtum numerum* CCC. *ſupplendum.*

Poſtque XXII. annos.] *Aldus ſecutus Sigonium legit* XVII.

Fregellæque.] *Car. Sigonius* Fregenæque.

Qui Sallues apud Aquas.] *Gryphij lib.* Sallyes. *Aldus Manutius* Salyes *legit.*

Fermè CLVII.] *Emenda cum Lipſio*, CLII.

Vt prædiximus.] *Nec dixit, nec opportunitatem dicendi vllam ſuprà habuit.*

PAG. 21. Annos circiter CLIII.] *Lipſ. credit leg.* CXLVI.

Poſt tres & viginti annos.] *Interſunt anni tantùm* octodecim. *Itaque legit Manutius.*

In Vagiennis.] *Vet. ed. Rhenani habet* Bacienis. *Burrer. & Sigonius* Baciennis.

In eam formam.] *Benè Rhenanus* eandem. *Nec malè* vnam *Lipſ.*

Artati temporis.] *Alij* Artata.

Nihilominùs ſeparati alienis.] *Vir doctus apud Scegkium*, ſeparata ab aliis. *Niſi fortè* alienis *pro alienigenis poſitum ſit.*

Illuſtrauit tragœdias.] *Aut potiùs, vt Lipſius*, Tragœdiam.

At nouam comicam.] *Benè Aldus* at nouam. Comicam *enim manifeſtum gloſſema. Lipſius.*

Neque imitanda relinquere.] *Leg. cum Lipſio* imitandam.

Videri nequiuerint.] *Aldus* nequiuerit. *Vulgatam tamen non damnat Sylburgius.*

In Attio circaque eum Romana tragœdia.] *Lib. vet.* Circaque eorum.

Vt quiſque temporum inſtiterit notis.] *Lib. vet.* quis. *leg.* quiſquis. *Rhenan. & alij.*

Eminentia cuiuſque operis] *Lib. vet.* & eminentiâ, *additâ copulâ rectiſsmè. Vt & Aldus emendauit.*

Temporum clauſtris circumdata.] *Item vet.* circumdatam.

PAG. 22. Incitationem accendit.] *Leg.* imitationem; *cum Rhenano, & aliis.*

Naturaque.] *Lipſ.* Matureque.

VARIANTES LECTIONES

AD LIBRVM SECVNDVM.

PAG. 24. P. Africani patruus.] *Aldus ingenioſè* patrui. *Nam vulgata lectio planè falſa.*

Cùm eſſet cóſobrinus Tib.] *Reuera* ſobrinus *fuit. Sed hiſtorici ſæpè confundunt. quod tum Lipſius, tum Scegkius notârunt.*

Ob eas virtutes, &c. factus eſt.] *Includenda hæc parentheſi, auctore Lipſio. Aldus legit*, ob quas virtutes. *Et paullò pòſt, pro* cum datâ læuo brachio togæ laciniâ, *ex Valerio Max. lib. 3. cap. 2. emendat* circumdatâ.

Sed M' Aquillio] *Inſerendam voculam, & legendum* ſed à M' *monet Manutius.*

Cùm omnis concio acclamaſſet.] *Alij cum Lipſio malunt* occlamaſſet.

Abhinc annos CL.] *Aldus legit* CLVIII.

PAG. 25. A. Bruti.] *Scribe cum Aldo* D. *id eſt* Decimi.

Ingenti vi hominum vrbiumque potitus numero.] *Illud* numero *Lipſio ſuſpectum eſt tamquam gloſſema: niſi aduerbialiter* numerò, *ſit pro citò, celeriter.*

Contrebiam.] *Alij* Trebiam *nominant.*

At Fabius Æmilianus, Paulli exemplo, diſciplinæ in Hiſpaniâ fuit clariſſ.] *Lipſius hæc ita legit ac diſtinguit* : at Fabius Æmilianus Paulli (*ſcilicet* filius) exemplo diſciplinæ in Hiſp.

Frumentum plebi dare inſtituerat.] *Vet. editio*, dari inſtit.

Armatos ad pugnam ciens.] *Eadem vet. edit.* armatus.

Inliſo capite in pontem.] *Legendum ex Aldo* poſtem.